

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] religio sit pr[a]efere[n]da alijs virtutib[us] moralibus? 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

172 QVÆST. LXXXI. ART. VI.
non secundum circumstantiam quanti, sed secundum
alias circumstantias: puta, quia cultus diuinus exhibe-
tur cui non debet exhiberi, vel quando non debet,
vel secundum alias circumstantias, prout non debet.

ARTIC. VI.

Virtus religio sit preferenda alijs virtutibus
moralibus?

431

Inf. q. 88. Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod religio
a. 6. co. Et non sit preferenda alijs virtutibus moralibus.
q. 183. a. Perfectio enim virtutis moralis consistit in hoc,
2. cor. Et quod attingit medium, ut patet in 2. * Ethicor. Sed
3. con. c. religio deficit in attingendo medium iustitiae: quia
183. cor. non reddit Deo omnino æquale. Ergo religio non
1. fin. Et est potior alijs virtutibus moralibus.

¶ 2. Præterea, In his quæ hominibus exhibentur,
11. 10. tanto videtur aliquid esse laudabilitus, quanto ma-
7. 6. 6. 5. gis indigenti exhibetur. Vnde dicitur Isaia 58. Fran-
gesurienti panem tuum. Sed Deus non indiget ali-
quo quod ei à nobis exhibatur, secundum illud
Psal 15. & 139. Dixi domino, Deus meus es tu: quo-
niam bonorum meorum non eges. Ergo religio vi-
detur minus laudabilis alijs virtutibus, per quas ho-
minibus subueniatur.

¶ 3. Præterea, Quanto aliquid sit ex maiori ne-
cessitate, tanto minus est laudabile; secundum illud
1. ad Corinth 9. Si euangelizauero, non est mihi glo-
ria: necessitas enim mihi incumbit. Vbi autem est
maiis debitum, ibi est maior necessitas. Cum ergo
Deo maxime sit debitum, quod ei ab homine exhi-
betur, videatur quod religio sit minus laudabilis inter
virtutes humanas.

SED contra est, quod Exod. 20. ponuntur primo
præcepta ad religionem pertinentia, tamquam præ-
cipua. Ordo autem præceptorum proportionatur or-
dini virtutum: quia præcepta legis dantur de actibus
virtutum. Ergo religio est præcipua inter virtutes
morales.

RESPONDEO dicendum, quod ea quæ sunt ad ea

SCA

sunt bonitatem ex ordine in finem. Et ideo quanto sunt fini propinquiora, tanto sunt meliora. Virtutes autem morales, ut supra * habitum est, sunt *a prec. 2* circa ea quæ ordinantur in Deum, sicut in finem. Re- *co. 3* & ad religio autem magis de propinquio accedit ad Deum. *1. arg. 4* quam aliae virtutes morales, in quantum operatur ea *sup. q. 4* quæ directe, & immediate ordinantur in honorem *4r. 7*. diuinum. Et ideo religio præminet inter alias vir- tutes morales.

Ad primum ergo dicendum, quod laus virtutis in voluntate consistit, non autem in potestate. Et ideo deficere ab equalitate, quæ est medium iustitiae, propter defectum potestatis, non diminuit tandem virtutis, si non fuerit defectus ex parte voluntatis.

Ad secundum dicendum, quod in his quæ exhiben- tur alteri, propter eorum utilitatem, est exhibitio laudabilior, quæ sit magis indigentia: quia est utilior. Deo autem non exhibetur aliquid propter eius utilitatem, sed propter eius gloriam, nostram autem utilitatem.

Ad tertium dicendum, quod ubi est necessitas, tol- litur gloria supererogationis. Non autem excluditur meritum virtutis, si adsit voluntas. Et propter hoc ratio non sequitur.

ARTIC. VII.

Vtrum religio habeat aliquem exteriorem

actum?

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod reli- *432*
gio non habeat aliquem exteriorem actum. Dici- *inf. q. 84.*
tur enim Ioan. 4. Deus spiritus est, & eos qui adorant *4. 1. Q. 4.*
eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Sed exte- *85. art. 1.*
riores actus non pertinent ad spiritum, sed magis ad *cor. Et 3.*
corpus. Ergo religio ad quam pertinet adoratio, non *contra c.*
habet actus exteiiores, sed interiores.

T 2 Præterea, Religionis finis est, Deo reveren-
tiam & honorem exhibere. Sed videtur ad irreue-
rentiam alicuius excellentis pertinere, si ea sibi exhi-
beantur, quæ propriæ ad inferiores pertinent. Cū n.
See Sec. Vol. ii.

S ergo